

cet, animus tamen eius nullis circum-  
 clusus finibus, sed maria & terras & cœ-  
 lum omne percurrens, meditatione li-  
 berrima, quo penetrare acies humana  
 non poterat, oculis mentis intendit, eo-  
 que claritati euasit, vt aut summum aut  
 summis parem locum teneat, vnicus, vt  
 Liuius ait, spectator cœli syderumque.  
 In altissimis quidem quæstionibus, quas  
 cœlestium indago disseminauit in terris,  
 magna pars dissidentium hoc vitur pa-  
 trono, studium enim summum fuit na-  
 turæ opus, quatenus homini licet repræ-  
 sentare. Primus omnium Sphæram acri  
 artificio meditata est, in qua cœli spe-  
 ciem, Solisq; Lunæ atque errantium re-  
 liquarum diuersitates & motus, non tan-  
 tum animis, sed oculis etiam nostris ex-  
 pressit, fugacissimum cursum temporis  
 ingenio dimensus. Effecit idem vt Cicc-  
 ronis verbis vtar, quod ille qui in Timeo,  
 ædificauit Mundum Platonis Deus, vt  
 tarditate & celeritate dissimillimos mo-  
 tus, vna regeret conuersio, quod in hoc  
 Mundo fieri, sine Deo non potest, ne in  
 Sphæra quidem eisdem motus Archime-  
 des sine diuino ingenio potuisset imita-  
 ri, stupendum & incredibile prorsus in-  
 uenit